Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Dominicanum - Cod. St. Peter perg. 45

Freiburg i. Br., [2. Hälfte des 15. Jh.]

Fragment aus dem 10. Jh. (alter Hinterspiegel)

urn:nbn:de:bsz:31-27910

Visual Library

dignatus es & tuum preciosum sanguinem funden
do. gentes ad pabtismi graciam uocasti. & de errore
gentili liberasti. ego infelix quod in pabtismo pollici
tus sum numquam seruaui. penitet ergo me egisse
quod egi nequiter suscipe penitentis lacrimas. Mi
serere misericors & indulge quod feci. hoc presta
ne ultra faciam. tu conspicis dne pericula mea in qui
bus subsisto & quibus malis aduersantibus quacior
libera me & salua protege & defende me ut non gaude
ant de me inimici mei. Quia tu es dns sola spes mea
in te solum confido nullius hominis solacium spero
Guberna me ut pius pater ut post tantas talesque
procellas seculi undiq; saeuientes ad portum salutis ae
ternae te duce merear peruenire. Et cum aliis quos eri
puisti laudare te dnm meum per infinita scla sclor. amen

MISSA UNIVERSALIS.

Omnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul ac mortuorum omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis. te supplices exoramus ut pro quibus effundere preces decreuimus. [illegible] praesens seculum adhuc in carne retinet [illegible] rum iam exutos corpore suscepit pietatis [illegible] ementia delictorum suorum ueniam [illegible]. SECRETA

D[illegible] merus electorum in su[illegible] per[illegible] ribue quos tu uniuersorum pro quibus tuam deprecatores famuli exorare cle[men]tiam. uel om[nium] [illegible] cium nomina beatae praedestinationis l[illegible] a retineat per d.

AD COMMUN[IONE]M

Purificent nos quaesumus omnipotens et misericors deus sacramen[ta] quae sumpsimus. et praesta ut hoc tuum sa[cr]amentum non sit nobis reatus ad poenam. sed [inter]cessio salutaris ad ueniam. sit ablutio scele[rum] [for]titudo fragilium. sit contra mundi pericula [fir]mamentum. sit uiuorum atque mortuorum remissio delictorum. per dnm